

A Quæro ex te, R. P. vtrum spūs a filio datus, creator sit, an creatura? Nam quæuis res creator creditur esse vel creatura. Porro aut ipsi credimus sanctū spiritū creatorem eē, opera vero eius creata, vtrum (inquā)is sanctus spūs, quē deus per Iesum Christum in nos infundit abunde, sit creatura nec ne? Obmutuit pater Ephesius. Itēq; peto, P. R. an sancti spūs gratiæ, vna cū ipso, ac eius persona Christicolis largiantur vel ne? & an sint eadē cū his, q̄ ab hominibus suscipiuntur. Videns aut Imperator Ephesiu respondere nolle, ac timens, ne sermo ad aliā quæstionē transiret, Græciq; cogent de creatore ac creatura differere, iussit ne amplius de quæstione huiusmodi verba facerent. Latinis aut eadē re petentibus, ita respōdit. Hæc ad propositū, P. amp. nequaquā spectare vident, neq; ab huiuscemodi quæstione nostrū dependet negotiū: de quo solo, non aut alia de re, quæ forsan causa futuræ nobis controuersiæ fuerit, inter nos agere conuenit.

At operæpretium est, serenissime Imperator, vt hæc etiā quæstio dissolueretur.

Illā Basiliū authoritas, P. amp. longe aliter a nobis, q̄ a vobis exponit. Siquidē igitur ex ambiguis ac obscuris, nil necessario potest concludi, sequitur vos nihil ex ipsis ostendere posse. Quæuis aut authoritas ipsa sic etiam possit exponi, quemadmodū vobis videtur, a spū nō accipimus aliqua, quemadmodū a filio spūs accipit, licet talis expositio prioribus verbis Basiliū nequaquā cōueniat, quia tñ ex ea nō inferitur, filium spūs causam esse, idcirco ipsa omnia, ad aliā veniamus. Ex beati Cyrilli literis, P. amp. quæ sit incipiunt, seruatore nostro clare loquēte, docemur, nos non solū accurate verba perpendere, verum etiā doctōris mentē diligēter inspicere debere. Siquidem igitur authoritates

B sanctorū in mediū proferētes, ipsarū sensum exacte nō explicare, displicereq; vellemus, cōtra sanē Cyrilli canonē ageremus. At ipsi, q̄ profitemur ipsam Cyrilli sententiā & legem seruare, illā Basiliū authoritatē meridiana luce clariorē eē tenemus, de qua tantū hī merito possunt ambigere, q̄ eam exponunt male, vt vobis credimus contigisse. Qui cū ipsam non bene intelligatis, in multa incertis, in multa incertis, ac factis eandem ipsam authoritatem, opposita simul includere, proferentes, quemadmodum a spū accipimus aliqua, ita etiā a filio spūs, quod contra omnes doctōres videtur esse: quandoquidē spiritū accipientes a filio, spūs etiā dona suscipimus, nec nō eadem dona suscipientes, spiritū etiā ipm vna cū eius donis accipimus. Quemadmodū Paulus apostolus inquit: Charitas autem dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctū, qui datus est nobis. Siquidē igitur accipientes a filio spiritū, spūs etiā dona (vt est supra dictū) accipimus, & ipsa dona suscipientes, spiritum etiā ipm suscipimus. Et magnus Basilius inquit: A spū non accipimus aliqua, quemadmodū a filio spūs, vbi profecto, q̄ quādā accipiendi diuersitatem is doctōr intellexisse videtur, necesse est, vt spūs nominatiui, non autem accusatiui sit casus. Latinorū itaq; patrum expositio vera & clara est, vt non accipiamus a spiritu aliqua, quemadmodum a filio spūs accipit, nam ipsa dona (vt ipsi etiam paulo ante dixistis) a spiritu sunt seiuncta, & quod spūs a filio accipit, diuinū idemq; cum ipso spū creditur esse, quandoquidem creatura nō est: sua vero dona, quæ nobis largitur, proculdubio creaturæ sunt. Necesse ē ergo, hanc magni Basiliū authoritatē exponi sic, & intelligi.

C Nos nō inficiamur, P. amp. hanc vestrā expositionē posse stare ac verā esse, cū omnes in hoc cōueniamus, fieri nō posse, vt absq; spū nos eius dona acceperimus, quādoquidem singula eorū cum eodem spū suscipimus, q̄ totus spūs in suis singulis donis existit. Quæ quidem verba tamen vera sint, adhuc tamen expositio nostra vera potest esse, quādoquidem a spū nō aliqua p se substantia suscipimus, quemadmodū a filio spū accipimus. Quæ quidem expositio pcedentibus Basiliū verbis cōsona magis videt. Quæ omnia, P. amp. quæuis verisimilia sint, nequaquā tamen ex ipsis cōsequitur, sanctū spiritū a filio esse accipere, sed nos ab ipso spū creaturas suscipere. Hæc ergo, P. R. melius demonstrato, de quibus inter nos controuersia est. Vt tibi pater Ephesius morem gereret, huic quæstioni, P. R. respōdit. Verū in posterū ne verbū quidē de ea faciet, quandoquidē nō tot de causis huc cōuenimus. Hęc expositio, P. amp. vera est, vt spūs nominatiui sit casus. Nā hæc oratio, a filio spiritū accipimus, nos spiritū vna cū eius donis accipere significat, vt ait Apostolus: Dilectio dei posita est in cordib⁹ nostris, hoc est, ideo, q̄ filius dat nobis spm. Accipere igitur a filio spm, nil aliud significare videt, q̄ (vt paulo ante dictum est) spiritum cum eius donis acciperes: quæ quidem donorum accipio nil aliud est, q̄, quod idē Basilius in eodē loco declarat, videlicet diuinitatis cōmuni

ddddd η nicatio,